Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



usq; metum super timentes eum Et iustitia illius in filios filiorum
his qui seruant testamentum eius Et memores sunt mandatorum ipius
ad faciendum eum Dominus in celo paratum sedem suam et regnum ipius
omnium dominabitur Benedicite domino omnes angeli eius potentes
virtutes facientes verbum illius ad audiendum uocem sermonum
eius Benedicite domino omnes virtutes eius ministri eius qui facitis
uoluntatem eius Benedicite domino omnia opera eius in omni loco do
minationis eius Benedic anima mea domino Gloria patri Clamor meus ad
Benedic anima mea domino deus meus Psalmus Confitemini domino
magnificatus es uehementer Confessionem et decorem
induisti amictus lumine sicut uestimento Extendens celum
sicut pellem qui tegis aquis superiora eius Qui ponis nu
bem ascensum tuum qui ambulas super pennas uentorum Qui facis an
gelos tuos spiritus et ministros tuos ignem urentem Qui fundasti
terram super stabilitatem suam non inclinabitur in sempiternum Abyssus
sicut uestimentum amictus eius super montes stabunt aquae Ab
increpatione tua fugient a uoce tonitrui tui formidabunt
Ascendunt montes et descendunt campi in locum quem fundasti
eis Terminum posuisti quem non transgredient neque uertent
operire terram Qui emittis fontes in uallibus inter me
dium montium pertransibunt aquae Potabunt omnes bestie agri
expectabunt onagri in sitim suam Super ea volucres celi
habitabunt de medio petrarum dabunt uocem Rigans
montes de superioribus suis de fructu operum tuorum satiabitur
terra Producens fenum iumentis et herbam seruitutem hom
inum Vt educas panem de terra et vinum letificet cor hominis Vt
exhilaret faciem in oleo et panis cor hominis confirmet Satu
rabuntur ligna campi et cedri libani quas plantauit illic pas
seres nidificabunt Herodii domus dux est eorum montes excelsi
cerui petra refugium hermaceis Fecit lunam in tempora et sol
cognouit occasum suum Posuisti tenebras et facta est nox